



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Codex traditionvm Corbeiensivm

Falcke, Johann Friedrich

Lipsiae ; Gvelpherbyti, 1752

§. 39. De traditis bonis in villa Odenhus in pago Hessi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36114

§. 39.

Tradidit hildibert pro anima helprit in *odonbus* (I) tertiam partem de manfo uno testef *hampo* (K) eluing marchodo *liudolf* (L)

gubernante Corbeiam Warino.

§. 40.

Tradidit beuo tertiam partem de omnibus quae habuit in *iconrode* (M) testef redman thiodger uerindac gichi sehard *reinold* (N) teodger adaluuard herric alacdag hrothard.

§. 41.

Tradidit *brun* dual partef de manfo in *scerua* (O) cum homine nomine

- (I) Villae quaedam, *Odenbus* dictae, in his traditionibus saepius recurringunt. Supra De villa §. 24. erat *Odenbus* in pago Darlingo, infra §. 45. erit *Odnobusbus* in pago Ahu-Odenhus, et §. 49. *Odonbus* villam sine pago, vti etiam hoc loco, inuenimus. Vna eademque villa vbique per villam Odenhus subaudiri non potest. Memoratu illud quoque dignum est, in Registro nostro MSpto villam *Odenbusen in pago Hessi* sitam inueniri. Porro autem ex veterum documentis annotauimus 1) *Obdenbusen* ad siluam Harciniam, 2) *Odenbusum* ad Rhenum, 3) *Odenbusen* in Hassia ditionis Casselensis, vulgo nominatam Udenhafen seu Uenhafen, 5) *Odenbusen* in episcopatu Hildensemensi intra pagum Ambergau infra Sefam urbem, 6) *Ottenbusen* haud procul a saltu Sollingano, et 7) *Oderbusen* seu *Odassen* in praefectura Rorenkirchen in ducatu Grubenhagico, quae ad annum 1513. adhuc Odessen scribitur; quae vero Ottenhusen, num. 6. obuia, esse non videtur. Si ergo quaritur, quam villa per Odenhus designatur, respondemus, nullam posse aliam intelligi, nisi Odenhusen in pago Hessi seu Odenhausen ad siluam Reinhardswald ditionis Casselensis, vti comprobatur nostrum *Registrum*.
- (K) *Hampo* nomen est proprium, vti hic vides. Fortassis ab eo vel ab alio villa *Ham-* De *Ham-* *penbusen* in pago *Nethga*, in qua et nostra Corbeia bona quaedam habuit, quae pone. que olim referebatur ad hereditatem comitis Sigefridi, quam emit comes Hermannus de Winzenborg, a quo ad Heinricum Leonem peruenit, nomen accepit. Anno 940 erat quidam *Hampo* comes in pago *Nethga*. An hic comes nostri *Hamponis* filius vel nepos fuerit, iudicent alii.
- (L) Probabiliter hic *Liudolf* seu *Luidolfus* non est alius, nisi frater abbatis Warini, De *Lui-* *dolfo*. postea comes, fundator abbatiae Gandensensis et dux Saxoniae orientalis.
- (M) *Iconrode* villa desolata est, eratque olim in pago *Auga*, testante nostro *Registro*, in- De villa uenienda in saltu Sancti Spiritus, vulgo dicto *dar Heilige Geist-Holtz*, vno mil- *leanrode*. liari ab vrbe Huxaria et nostra Corbeia distante. Fuit autem sita in loco adhuc nominato Ickenrode, vti nostra attestantur diplomata Corbeiensia. De *Beuone* nepote Brunonis, filio Ecberti, ac fratre *Luidolfi*, ducum, infra agemus pluribus.
- (N) *Reinoldi* nomen in genealogia comitum Dasseliensium valde vsitatum fuit, licet in Jo. Lertzneri Genealogia, quae quoad maximam partem ficta est, tantum vnus *Reinoldus* occurrat. An vero hic *Reinoldus*, qui vnus idemque videtur cum *Renoldo* §. 34. obiuo, inter progenitores comitum Dasseliensium referendus sit, incertum est.
- (O) *Brun* seu *Bruno* e familia ducis Ecberti procreatus esse videtur. Fortassis ipse De *Bru-* frater erat ipsius Ecberti ducis, a patre *Brunone*, possessore celebratissimi castris none. *Brunonisburgi*, ita appellatus. *Scerua* enim villa in *Registro* nostro *intra* pagum *Hesse Saxonicum* ponitur. Designatur *Scherbe* seu *Scherue* in episcopatu Paderbornensi sita, vno milliari ab oppido *Peckelsen* distans. Progenitores autem imperatoris *Heinrici* aucupis amplissima bona possedisse in pagis *Auga*, *Nethga* et *Hessi*, ex traditionibus hisce passim palam fiet.